



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118529**

§. 9. Dilinga & Donaverta a Protestantibus capta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](#)

**Sæcul. XVI.** Monachium inter & Ratisbonam loci  
**A.C. 1546.** opportunitate valde commodam occu-  
 pavit, ibidemque ad Isaram flumen ca-  
 stra inter hostilem exercitum & Landis-  
 hutanae civitatem metatus ibi Papæ  
 copias præstolatus est, quæ elusa etiam  
 Protestantium solertia, die septima Au-  
 gusti cum decem peditum millibus, ac  
 mille quingentis equitibus feliciter se-  
 fe Cæfareis junxerunt. Paulo post ac-  
 cesserunt quoque Hispani ex Hungaria  
 evocati, adeo ut Cæfaris exercitus qua-  
 draginta quinque bellatorum millia,  
 omnes selectioris militiæ Viros recen-  
 feret, atque in aciem procedere, fœ-  
 deratisque resistere posset.

§. IX.  
*Dilinga & Donaverta a Protestan-  
 tibus capta.*

**Sleid.** p. 605. Protestantes sub primis belli auspiciis  
**Belcar.** n. 22. quasdam urbes, quas in itinere of-  
 fenderant, occuparunt, ac præprimis  
**Thuan.** l. 2. fenderant, occuparunt, ac præprimis  
**Antonius de** die vigesima tertia Julii Dillingam Epi-  
**Vera hist. de** scopi Augustani urbem ceperunt, po-  
**Charl. V.** stea vero Donavertanæ urbis cives ad  
**p. 243.** ditionem sollicitantes nonnisi post  
 tentatam irruptionem illam in suam po-  
 testatem redegerunt: Porro Saxo nec-  
 non Hassiæ Landgravius toti exercitui  
 præerant, ac prælii curam partieban-  
 tur

tur cum Joanne Ernesto Saxoniae Ele- Sæcul XVI  
 -ctoris fratre, Joanne Friderico ejusdem A.C. 1546  
 Electoris filio, Philippo Brunvicensi  
 Duce, ejusque quatuor Filiis, Franci-  
 sco Luneburgico, Wolfgango Anhalti-  
 no, Christophoro de Henneberg, Gui-  
 lielmo de Wirtemberga, Christophoro  
 Oldenburgico, Huberto Bichlingo ac  
 pluribus aliis. Porro Antonius de Ve-  
 ra, qui Caroli Cæsaris vitam descripsit,  
 superbas recenset inscriptiones, quas  
 Protestantes suis vexillis affixerunt, ac  
 præprimis in Landgravii vexillo hæc  
 verba legebantur: *Jam securis ad radi- Matth. 3.*  
*cem posita est, omnis ergo arbor, quæ non* <sup>v.. 10.</sup>  
*facit fructum bonum, excidetur, & in ig-*  
*nem mittetur.* Saxoniae Dux suis signis  
 hanc inscriptionem non nihil speciete-  
 nus magis modestam, licet illa nequa-  
 quam veritati consona esset, apponi juf-  
 fit: *Salva nomen tuum Domine.* Rex au-  
 tem Daniæ, qui & ipse huic factioni  
 accessit, vexillum habebat, cui  
 hæc verba erant inscripta: *Tui libera-*  
*tores venient tibi ab Aquilone.* Hæc ta-  
 men inscriptio ipsis etiam foederatis ni-  
 mium insolens videbatur. Interea hi  
 rebelles, qui Cæsaris iter explorabant,  
 ad sextam ferme Leucam ad illius ca-  
 stra procedebant, missoque ad eum E-  
 phebo ac tibicine eidem bellum nuntia-  
 bant, epistola quadam hastæ cuspidi af-  
*Hist. Eccles. Tom. XXXIX. B fixa,*

Sæcul. XVI. fixa, prout tum in Germania mos ferebat. A.C. 1546. Hanc accepit Albæ Dux, missisque hisce facialibus responsi loco suspensi supplicium minitatus est, Cæsar tamen eisdem vitæ veniam fecit.

## §. X.

*Utriusque exercitus concursus ac velitationes.*

Belcar. l. 24. Postquam Papæ ac Hispanorum copiæ num. 23. Cæsareis junctæ essent, Carolus Imperator Vera p. 246. Ratisbonam reversus est, E 257. Protestantes vero, cum eundem in Misniam Thuan. l. 2. & Saxoniam irrupturum timerent, duobus pontibus Danubio impositis hunc amnem trajecerunt: ast longius progressus fuit nuntiatum, quod Cæsar itinere Ingoldstadium versus arrepto ad Danubii litus prope Neostadium castra metatus sit, ac duobus pontibus celeriter constructis ex quibusdam cymbis ac virgultis hoc flumen cum exercitu suo trajecerit: Cum igitur hoc pacto Ingoldstadium proprius accederet, hostes quoque, qui ob eorum numerum haud spernendi erant, Cæsareis tentoriis copias ad moverunt; quapropter Carolus copias suas ad pugnam instruxit: verum Saxoniæ Elector prælia opportunitatem declinabat, tutius fore ratus, quod suis tormentis eminus Cæsareos lacefferet,

quam